ORIGENES

Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 146v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

diximus quis sit in his apostoli sensus; babtismum hoc nominat
in moysen consummatum in nube et in mari; et tu qui bab
tizaris in christo in aqua et spiritu sancto. scias insectari quidem te
post haec aegyptios et uelle te reuocare ad seruitium suum. rectores
scilicet huius mundi et spiritales nequitias quibus antea
deseruisti. quae conantur quidem insequi. sed tu discen
dis in aquam et euadis incolumis atque ablutis sordibus
peccatorum homo nouus ascendis paratus ad cantan
dum canticum nouum. Aegyptii uero post te insequen
ter dimerguntur in abysso. et tamen si uidentur rogare ihesum
ne eos interim mittat in abyssum; sed aliud ex his accipe
re possumus intellectum. Si aegyptum fugias si igno
rantiae tenebras relinquas et sequaris legem dei moy
sen. obuiat autem tibi mare et contradicentium fluctus
occurrit. percute et tu obluctantes undas uirga moy
si. id est uerbo legis et uigilantia scripturarum iter
tibi ipse disputando per aduersarios pande. Ce
dunt undae continuo et superati fluctus locum uictoribus
dabunt. Mirentur quoque et attoniti ac stupore defi
Paralip xi hi qui paulo ante aduersabantur. legitimis tu dis
putationum lineis rectum fidei iter secabis et in tan
tum doctrinae uerbo proficies. ut auditores tui quos
in uirga legis erudisti. ipsi iam contra aegyptios
uelud fluctus maris insurgant. Non solum in